



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Q. Fabius Pictor. Capvt XLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

rum, orationisque formis, quas vocant σχήματα. Non verisimile est quam sit in utroque genere creber, & distinctus Cato: & id quidem licet ex ijs, quae supersunt fragmentis agnosce- re. Quae grauitas in eius oratione apud Liviū (quam nos suo loco reddemus) quis spiritus in Apophtegmatis? cum inuectus in Pop. Ro. prodigalitatē, & ignauiam dixit.

(Quam difficile est, verba facere ventri aures non habenti.) (Et illud) (omnes viri vxoribus imperant, nos omnibus viris, nobis vxores.) Quid cum censuram petens inter blandientes populo competitorēs vnum verbum effatus, (Quirites eligite me, vobis opus est scruo medico, & magna purgatione.) Non poterat hic animus non esse aptum eloquentiae solum. Cum Catone fuerunt grandiores natu (C. Flaminius. C. Varro. Q. Maximus, Quintus Metellus, P. Lentulus, P. Crassus, &c.

N. N.

a Accuratissimum hoc opus fuisse testatur, Dion. Halicarnass. Criticus πόριός τε κἀτω ὁ τὰς γυναιλογίας τῶν ἰν Ἰταλίᾳ πόλιων ἐπιμαλίστα σωμαγωγῶν, sed hoc ad illud dem potius historia, quam eloquentia. b. Ideo, dicitur à plerisq; Demosthenes τῶ ἰν κἀτω ἰ πολλὴ μὲν ἀπὸ τῶ λόγου δύναμις ἔφετο, ἔξ ἑωμάων αὐτῶν οἱ πολλοὶ Διμοδῆν προηγόρευον.

Ciceronis temporibus orationes, ex quibus existimari de ingenijs oratorum potest. Et quanquam ea fuit opinio, vt plurimum tribueretur ambobus, dicendi tamen laus est in Laelio illustrior. At oratio Laelii de collegis non est melior, quam de multis, quam volēs Scipionis: non quod illa Laelii quicquam sit dulcius, aut quod de religione dici possit augustius, sed tamen multo horridior, & vetustior ille, quam Scipio: & cum sint in dicendo varia voluntates, delectare magis antiquitate videtur & lubenter verbis, etiam vti paulò magis praeis Laelius. (Sed est mos hominum, vt nolint eundem pluribus rebus excellere.) Nam vt ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriati bello reperimus fuisse Laelium, sic ingenij literatum, eloquentia, sapientiae denique, etsi vtrique primas, priores tamen libenter deserunt Laelio. Haec Cice- ro. Ceterum P. Scipionis, quo eminentior Scipionis fortuna, & excellior animus, sic etiam illustrior eloquentia visa est: Accedebat maiestas vultu, & admiraculum vsque magna, vt cuius aspectu scui latrones in villa Linterriana cum offe- maestas.

Ciceronis de eloquentia Scipionis, & Laelii iudicium.

dissent, tanquam Deum coluerunt. Nam postes Ianuae, velut religiosissimam aram, sanctū- quetemplum venerati, cupide Scipionis dex- tram apprehenderunt, ac diu osculati pos- tis ante vestibulum donis, quae Deorum im- mortalium numini consecrari solent, laeti quia Scipionem vidisse contrigisset, ad lares proprios reuerterunt. Quid hoc fructu ma- icestatis excelsius? quid etiam iucundius? ho- stis iram admiratione sui placauit: spectaculo praesentiae suae latronum gestientes oculos obstupescit. Delapsa caelo sidera homini- bus, si se offerant venerationis amplius non recipient. Quid cum M. Nanius Tribunus plebis accusaret eum ad populum, qua orati- one respondit. Memoria (inquit) Quirites

pro: ria in oratione maestas.

Valer. Maxim. l. i.

repeto diem esse hodiernum, quo Anniba- lem Poenum imperio nostro, inimicissimum magno imperio vici in terra Africa, pacemque & victoriam vobis peperit insperabilem. Non igitur simus aduersus Deos ingrati, & censeo relinquamus nebulonem hunc, eamque nunc protinus Ioui optimo max. gratula- tum.) Id cum dixisset auertit, & ire in Ca- pitolum coepit, tum concio vniuersa, quae ad sententiam de Scipione feren am venerat, re- lecto Tubano Scipionem in Capitolium comitata: atque inde ad aedes eius cum sati-

Gell. no. Aium Atti: car. l. 5. c. 18.

Q. Fabius Pictor.

CAPVT XLIII.

QVINTUS Fabius Pictor inter eloquentes à Cicerone numeratur in Bruto, fuit & iu- ris, & literarum, & antiquitatis bene peritus. Hic ipse est Historicus, siue Annalium scrip- tor Romanorum, omnium historiae conditorū antiquissimus, quem Cinæus, Calphurnius, Dionysius, Liviū, ceterique alij in multis se- quuti sunt, eoque etiam subinde illum in suis operibus citant.

a Liviū testimonijs saepe vitur Dionys. Halicar- nassensis. & antiquissimum, atque accuratiss. scri- ptorem nominat.

C. Laelius, & P. Africanus.

CAPVT XLIV.

CAIUS Laelius, & P. Africanus fuerunt im- primis eloquentes; quorum extabant

D tia,